

# 469 Dis. XIII. Part. I. de num: pot: anim: veg: 470

aliq quod ideo ignis non dicatur generare; quia generatio est sumptio sue substantie, id est, qui generat, debet ex materia ex seipso desumpta generare; ignis autem non ex seipso generat alium ignem, sed v.g. ex stupia, aut ligno; conuenier ergo soli, & omni anima vegetativa potentia generativa.

Ex praedictis ergo inferendum esse tres potentias anima vegetativa, etque distinctas inter se, formaliter factem, contra Durand, in primo sentent. dis. 4. parte secundâ distinctionis tenebrent nutritionem, augmentationem, & generationem ab una formaliter prouenient potentia, quæ dicitur generativa: sed probatur contra Durand, qui habent diuersa obiecta, qua non possunt attingi ab una, eademque potentia, ibi necesse est ponere plures potentias: sed dantur tria obiecta, quæ non possunt attingi ab una & eadem potentia, ergo pro qualibet eorum debet dari peculiaris potentia: maior patet, quia diversitas formalis obiectorum postulat diversitatem potentiarum; minor probatur: nutritio, augmentatione, & generatio sunt quid formaliter diuersum, vt manifestum est, ergo possunt diuersas potentias: quod tamen illæ tres potentias non distinguunt realiter inter se colligendae est ex dictis contra Thomistas dis. superiori de dis. potentiarum anima in unius sum.

Obiectum tamen pro Durando: Actiones subordinatae possunt ab una proficiunt potentia: sed generatio, augmentatione, & nutritio sunt actiones subordinatae, ergo possunt emanare ab una eademque potentia: quod autem illæ actiones sint subordinatae, patet, nam nutritio ordinatur ad augmentationem, & augmentatione ad generationem, ergo sufficit una potentia pro illis tribus.

Respondeo actiones subordinatas in eodem genere posse produci ab una, eademque potentia: sed nego de subordinatis in diuerso genere, quales sunt praedictæ operations vegetativa, hoc etiam patet in actionibus sensitivis, nam sensitiva externa ut visio, auditio, &c. internis subordinantur, & tamen pro his omnibus actionibus sibi inuicem subordinatis dantur plures potentias.

Circa potentiam nutritiū nonnulla subditur difficultas, quidnam sit ipsa potentia nutritiū? nam Zimara theorematē 73 ait potentiam nutritiū nihil aliud esse, nisi quoddam temperamentum primarum qualitatū.

Respondendum tamen cum communione opinionis potentiam nutritiū non esse quoddam temperamentum, sed veram anima potentiam: Probatur primo: Illud non est potentia anima, quod conuenit etiam inanimatis: sed calor, frigus, & huiusmodi, aut temperamentum resultans ex illis conuenit etiam rebus inanimatis, ergo non est potentia anima: maior & minor de se sunt manifestæ: Secundo potentia nutritiū in plantis est diuersa specie à potentia nutritiū in animali; quia habet diuersa specie obiecta; nam aliud est obiectum potentiae nutritiū in planta, aliud in bruto, & aliud in homine, nempe diuersum alimentum, quod verò potentia visiua in bruto, & in homine à plerisque dicantur eiusdem speciei, est; quia habent

obiecta eiusdem speciei, nempe eundem specie colorem & lumen: Tertiò potentia anima fluent ab anima, item nec temperamentum, ergo non sunt aliqua potentia anima, potentia autem nutritiū est vera anima potentia, ergo non est aliquid ex primis qualitatibus coalescens formaliter loquendo, inferuit tamen calor ad nutritionem, vt dicimus partitione sequenti.

## Partitio II.

### An nutritio & augmentatio realiter distinguuntur inter se?

Num. 3.  
Explicatur  
modus quo  
fit nutritio.

In primis declarandum est, quomodo fiat nutritio, & augmentatio: secundum communem medicorum sententiam hoc modo peragitur nutritio: primo quidem conteruntur in ore cibi, atque alterantur, sic que attriti demittuntur in ventriculum, seu stomachum, in quo fit prima concoctio, seu digestio, & acquirunt cibi quantum substantiam coloris albi, quam chylum vocant, terrestrioresque ciborum partes per intersticia deflunt, ille ergo Chylus postea descendit ad iecur, & in eo magis elaboratur &que secunda decoctio, & partes terrestriores illius materiae deflunt ad lienem, suntque materia melancholia, partes verò subtiliores pergit ad folliculum, seu vesicam fellis, suntque materia cholera: at partes medie tamdiu remanent in iecore, donec colorem aliquem rubrum induant, dicanturque sanguis, ( & hoc secundum medicos ; nam in corde sanguinem procreari volunt Philosophi ) elaborataque illa materia in iecore, factaque sanguinestandem dispergitur per omnes viventis partes beneficio venarum & venularum, in quibus viventis partibus praecipue sanguis adhuc melius expurgatur, & purificatur per naturalem virtutem viventis, naturalemque calorem: tandem per potentiam nutritiū corrumpitur ille sanguis, conuertiturque in substantiam viventis, sicque fit nutritio, nec modò substantia sanguinis conuertitur, sed etiam quantitas in quantitatem viventis, quæ quantitas si non sit maior, quam desperita, tantum dicetur per accidens produci, & ad productionem substantiae viventis, & non per se, sed consequenter ad eam ( & hoc iuxta eos qui recent augmentationem non fieri toto vita tempore ) at si acquiratur maior quantitas, quam sit desperita, dicetur illa maior quantitas produci per se, scilicet per potentiam augmentationis distinctam à potentia nutritiū: praedicto ergo modo secundum communiorum opinionem perficiunt nutritio: & quæ de nutritione animalis dicta sunt, applica, ceteris partibus, ad nutritionem plantarum.

Quoad augmentationem verò ita fieri aiunt in venulis animalibus: sunt quidam porti, in illisque venulis deportatur sanguis, vt dictum est, pro nutritione partium viventis, in portis verò sunt quædam paruae cavitates, in quibus continent quidam fumus seu vapores, tum etiam excrementa: partes venis vicine nutriuntur à sanguine contento in venis, sed quia venæ non in qualibet

Objicitur  
pro Durand.

Rsp.

Num. 2.  
Potentia nu-  
ritiū non  
est tempera-  
mentum.